

QVÆSTIO THEOLOGA.

Quæ causa fuerit, & necessitas Scripturæ condendæ?

Quæ necessitas scripturæ? Theses.



ITSI Adâm lumen illud naturæ maiorem in modum obscurauit peccando, non tamen extinxit penitus, sed relictum est homini lapsô, ut ualeat aliquatenus ingenij uia ad Dei cognitionem peruenire.

2. Item, ut intelligat non esse alijs faciendum, quod nobis nollemus, esse alijs faciendum, quod nobis fieri uellemus.
3. Ad moderamen etiã inculpatæ tutelæ natura ipsa impellit, ut se, uitã, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ sibi nocitura uideantur.
4. Fuere olim inter Philosophos nonnulli sublimi præditi ingenio, qui non modò rerum honestarum rationem tradiderunt, sed etiã fidem nostram de Deo uno, summo, ac opt: Max: adorando quadantenus illustrarunt.
5. Mercurius ille Trismegistus, Theologorum gentilium uetustissimus propè accedit ad religionem nostram, multa de fide Christiana philosophatus.
6. Sacræ Triadis uestigia in Platoniorum libris D. Augustinus inuenit & Hesiodus, Homerus, ac Thucydides docent Deum iustis post mortem bene facere, impios punire.
7. Quanquam hæc magna sunt, & præclara, non tamen itã perspicua, ut non indigeremus clariore doctrina, & Theologia supernè accepta.
8. Opus fuit omnino post peccatum, ut Deus luce sua nos illustraret, & renudaret articulos fidei, absq; quibus salus non constat.
9. Cœlestis illa doctrina non statim, ut tradebatur, literis est demandata, sed Deus uoluntatẽ suam hominibus significaturus uel angelos mittebat, uel patribus & prophetis ore ad os colloquebatur.
10. Vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit, & indigni facti erant homines, qui spiritu sancto illustrarentur, concessit tandem misericors Deus & scripturas, ut per illas diuinæ uoluntatis essent memores.
11. Christus Euangelium suum mundo annuntiaturus non præcepit Apostolis suis, ut a tramento scriberent illud, sed uiua uoce prædicarent.
12. Sed quoniam hæreses pullulaturæ erant, quæ fidem euerterent, & mores nostros depascerentur, operæ precium uisum est, ut scripturæ traderentur, Et Euangelia scriberentur.
13. Hinc scripturæ nomẽ oritur, q̄ meritò sancta adpellat, quia et spiritu sancto autore tradita est, & de reb⁹ sanctissimis est, & sectatores suos sanctos efficit.
14. Hæc eadem Biblia sacra, & testamentum uocatur, tamen si Hieronymus alicubi instrumentum adpelleret.
15. Traditio, qua ueteribus fides per Typos, & ænigmata quædam tradebatur, uetus dicitur testamentum, qua uero nobis absq; figuris Christus exhibitus, tanquam legis summa, & perfectio describitur, nouum.
16. Antiquis omnia contingebant in figuris, nobis citra. Illi Christum uenturum expectabant, nos exhibitum credimus, illi umbram habebant rerũ futurarum, nos rem ipsam & ueritatem.

Quæ scriptura Canonica? Theses.

1. Ebræi testamentum suum bifariam diuidunt, quosdam libros in Canone constituentes, & in summa ueneratione habentes, quosdam uero כתובים, græcè ἀποκρυφῶν uocantes.
2. Sunt & quidam libri Apocryphi, cuiusmodi sunt posteriores duo Esdræ, & pleriq; alij, non quod falsi sint, sed absconditi, hoc est, ab Ecclesia publicè nō recepti, tanquam Canonici.
3. Nos libros Canonicos constituimus, quos recensent Decreta Innocentij primi, & Concilij Carthaginensis tertij, cui D. Augustinus interfuit.
4. Horum dictis tanquam diuinis oraculis nemini licet refragari.
5. Scripturã Canonicã ueracẽ esse, axioma est receptũ, & primũ disciplinæ nostræ principiũ, in qua si unũ admittatur mendaciũ, tota illi⁹ autoritas corruet.
6. Aliorum scriptis, quantacunq; etiã polleant sanctitate, & doctrina, nō maior præstanda est fides, quàm quæ hominibus potest, & debet, qui humana pati, id est, labi & errare possunt.
7. De epistola Ebræorum, & Apocalypsi Ioannis, & quibusdam alijs libris olim quidem fuit dubitatum, uerũ in iam post Ecclesiæ definitionem, quæ eos meliori lapillo notauit, & Canonicorum Catalogo adscripsit, nullus dubitandi locus relictus est.
8. Commune omnium hæreticorum perfidiæ asylum est, ut quod prauis illorum dogmatis officiat, & aduersetur, è sacro canone reijciant.

Quis uerus scripturæ sensus & unde petendus? Theses.

1. Scriptura mysterijs tecta est, & magnis referta obscuritatibus in tantum, ut homines instabiles, & indocti, cuiusmodi sunt hæretici, eam deprauent, & nō raro in alienum profus detorqueant sensum.
2. Scripturam nemo pro suo arbitratu interpretetur, sed ueram eius intelligentiam, interpretationemq; ab Ecclesia, quæ firmiter est ueritatis, & columna Dei uiui, petat & accipiat.
3. Ut omnis homo mendax est, & (ut prouerbio dicitur) bonus quandoq; dormitat Homerus, itã in scripturæ sensu decipi potest, & errare.
4. Ecclesia, quam representant plenaria concilia, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, in fidei negotio & scripturarum interpretatione ex Dei benignitate, & Christi promissionibus errare non potest.
5. Quanquam omnia concilia œcumenica parem habent auctoritatem, quia omnibus dictum est, Ego uobiscum sum usq; ad consumationem seculi, quatuor tamen summum tenent locum, Nycænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum & Chalcedonense.
6. Interpretes Catholici scripturæ nihil addũt, neq; adimũt, qd deprauet, sed obscuris addũt lucẽ, intricata explicãt, difficilia, & q̄ ambigua uidẽtur, explanant.
7. Communia sunt nobis cum hæreticis arma scripturarum: at de scriptura non est lis, sed de uero eius, & genuino intellectu.
8. Non potest error oriri nomine Christiano palliatus, nisi de scripturis non benè intellectis, ait Augustinus.

Quæ scripturæ autoritas? Theses.

1. Absq; controuersia maior est Ecclesiæ autoritas, quàm scripturæ, ut quæ & antiquior sit, & scripturam ipsam iudicet, atq; interpretetur.
2. Ut in ueteri testamento, si qua incideret controuersia, non lex iudicabat, sed sumus sacerdos, itã & nunc in grauioribus fidei quæstionibus, non scriptura, sed Ecclesia per scripturam, cuius optima interpres est, pronunciat.
3. In ecclesiæ potestate, nō cuiuslibet hominis arbitrio sitũ est, hanc adserere scripturã esse sacrã, illam apocryphã, hanc propositionẽ Catholicã, illã hæreticã.
4. Decantatissima est, & nunquam satis laudata D. Augustini uox, Euangelio (inquentis) non crederem, nisi ecclesiæ autoritas me ad id commoueret.

Sit ne tenendum, quod in scripturis disertè non exprimitur? Theses.

1. Ecclã sine scripturæ autoritate sabbati obseruationẽ in Dominicũ mutauit diẽ, quẽ nobis Christ⁹ resurrectione sua festũ fecit, & toto terrarũ orbe celebrẽ.
2. Christũ descendisse ad inferos, & plerãq; alia fidei, & Ecclesiæ dogmata, nulli⁹ scripturæ aperta autoritate, sed sola Apostolorum, patrum, & Ecclesiæ traditione certa fide tenemus.
3. In his rebus (inquit Augustinus) de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt.

CONCLUSIO.

Nihil esse recipiendum, nihilq; in cultu Dei obseruandum, quod non expresso uerbo Dei tradatur, præcipiatq; non solum ἀσφάλτου est, sed & cum Ecclesiasticis dogmatis ex Diametro pugnat.

QVOD FAVSTVM ET FELIX SIT.

Disputabuntur Theses istæ publicè in Theologorum harena, & sub patrociniõ Georgij Theandri Theologi ordinarij defendentur ab erudito uiro D. Ioanne Martio Othenbürensi, artium & Philosophiæ Magistro, sacræ Theologiæ Baccalaurco. XV. Calend. Ianuarij. Anni à uirginis partu, M. D. LXII.

Ex officina Vucissenhorniana.

A. 1562.

QUESTI

1. *Quid sit veritas*
 2. *Quid sit falsitas*
 3. *Quid sit iustitia*
 4. *Quid sit iniquitas*
 5. *Quid sit virtus*
 6. *Quid sit vitium*
 7. *Quid sit sapientia*
 8. *Quid sit stultitia*
 9. *Quid sit fortitudo*
 10. *Quid sit timiditas*
 11. *Quid sit moderatio*
 12. *Quid sit intemperantia*
 13. *Quid sit continentia*
 14. *Quid sit luxuria*
 15. *Quid sit castitas*
 16. *Quid sit fornicatio*
 17. *Quid sit sobrietas*
 18. *Quid sit ebrietas*
 19. *Quid sit temperantia*
 20. *Quid sit intemperantia*
 21. *Quid sit mansuetudo*
 22. *Quid sit iracundia*
 23. *Quid sit humilitas*
 24. *Quid sit superbia*
 25. *Quid sit modestia*
 26. *Quid sit arrogantia*
 27. *Quid sit modestia*
 28. *Quid sit arrogantia*
 29. *Quid sit modestia*
 30. *Quid sit arrogantia*
 31. *Quid sit modestia*
 32. *Quid sit arrogantia*
 33. *Quid sit modestia*
 34. *Quid sit arrogantia*
 35. *Quid sit modestia*
 36. *Quid sit arrogantia*
 37. *Quid sit modestia*
 38. *Quid sit arrogantia*
 39. *Quid sit modestia*
 40. *Quid sit arrogantia*
 41. *Quid sit modestia*
 42. *Quid sit arrogantia*
 43. *Quid sit modestia*
 44. *Quid sit arrogantia*
 45. *Quid sit modestia*
 46. *Quid sit arrogantia*
 47. *Quid sit modestia*
 48. *Quid sit arrogantia*
 49. *Quid sit modestia*
 50. *Quid sit arrogantia*
 51. *Quid sit modestia*
 52. *Quid sit arrogantia*
 53. *Quid sit modestia*
 54. *Quid sit arrogantia*
 55. *Quid sit modestia*
 56. *Quid sit arrogantia*
 57. *Quid sit modestia*
 58. *Quid sit arrogantia*
 59. *Quid sit modestia*
 60. *Quid sit arrogantia*
 61. *Quid sit modestia*
 62. *Quid sit arrogantia*
 63. *Quid sit modestia*
 64. *Quid sit arrogantia*
 65. *Quid sit modestia*
 66. *Quid sit arrogantia*
 67. *Quid sit modestia*
 68. *Quid sit arrogantia*
 69. *Quid sit modestia*
 70. *Quid sit arrogantia*
 71. *Quid sit modestia*
 72. *Quid sit arrogantia*
 73. *Quid sit modestia*
 74. *Quid sit arrogantia*
 75. *Quid sit modestia*
 76. *Quid sit arrogantia*
 77. *Quid sit modestia*
 78. *Quid sit arrogantia*
 79. *Quid sit modestia*
 80. *Quid sit arrogantia*
 81. *Quid sit modestia*
 82. *Quid sit arrogantia*
 83. *Quid sit modestia*
 84. *Quid sit arrogantia*
 85. *Quid sit modestia*
 86. *Quid sit arrogantia*
 87. *Quid sit modestia*
 88. *Quid sit arrogantia*
 89. *Quid sit modestia*
 90. *Quid sit arrogantia*
 91. *Quid sit modestia*
 92. *Quid sit arrogantia*
 93. *Quid sit modestia*
 94. *Quid sit arrogantia*
 95. *Quid sit modestia*
 96. *Quid sit arrogantia*
 97. *Quid sit modestia*
 98. *Quid sit arrogantia*
 99. *Quid sit modestia*
 100. *Quid sit arrogantia*